Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Abacuc: prologi

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

tione plena. Non recedet a te rapina.
vox flagelli et vox impetus rote et
equi frementis et quadrige ferven-
tis et equitis ascendentis et micantis
gladii et fulgurantis haste et multi-
tudinis interfecte et gravis ruine. Nec
est finis cadaverum. Et corruent in cor-
poribus suis propter multitudinem fornicatio-
num meretricis speciose et grate et ha-
bentis maleficia, que vendidit gentes in
fornicationibus suis et familias in ma-
leficiis suis. Ecce ego ad te, dicit dominus
exercituum. Et revelabo pudenda tua in
facie tua et ostendam gentibus nu-
ditatem tuam et regnis ignominiam
tuam. Et proiciam super te abhominatio-
nes et contumeliis te afficiam et po-
nam te in exemplum. Et erit. Omnis qui
viderit te resiliet a te et dicet. Vastata
est Ninive. Quis commovebit super te ca-
put? Unde queram consolatorem tibi? Num-
quid melior es Alexandria populorum que
habitat in fluminibus? Aque in circuitu ei-
us, cuius divitie mare, aque muri eius.
Ethiopia fortitudo eius et Egyptus
et non est finis. Africa et Libies fuerunt in
auxilio eius. Sed et ipsa in transmigrationem
ducta est in captivitatem. Parvuli ei-
us elisi sunt in capite omnium viarum et su-
per inclitos eius miserunt sortem et omnes opti-
mates eius confixi sunt in compedibus.
Et tu ergo inebriabis et eris despecta.
et tu queres auxilium ab inimico. Omnes
munitiones tue sicut ficus cum gros-
sis suis: si concusse fuerint, cadent in
os comedentis. Ecce populus tuus mu-
lieres in medio tui. Inimicis tuis
ad apertionem pandentur porte ter-
re tue. Devorabit ignis vectes tuos.

Aquam propter obsidionem hauri tibi, extru-
e munitiones tuas. Intra in lutum
et calca, subigens tene laterem. Ibi
comedet te ignis, peribis gladio, de-
vorabit te ut bruchus. Congregare ut
bruchus, multiplicare ut lucusta. Plu-
res fecisti negotiationes tuas quam
stelle sunt celi. Bruchus expansus est et a-
volavit. Custodes tui quasi lucusta, et
parvuli tui quasi lucuste lucustarum, que
consident in sepibus in die frigoris.
Sol ortus est et avolaverunt, et non est
cognitus locus earum ubi fuerint.
Dormitaverunt pastores tui, rex Assur;
sepelientur principes tui. Latitavit
populus tuus in montibus, et non est qui congre-
get. Non est obscura contritio tua; pes-
sima est plaga tua. Omnes qui au-
dierunt auditionem tuam compresserunt
manum super te. Quia super quem non transi-
et malitia tua semper? Explicit Na-
um propheta. Incipit prologus Abacuc

Quatuor prophete.
prophete in xii. prophe-
tarum volumine
sunt e quibus
tres in principio lemma
tha i. pondus
titulum habent.
Zacharias in medio et circa finem
duos huiuscemodi ponit titulos, eque
minus est. Onus verbi domini in terra
Adrach et Damasci requies eius. Alterum in
fine: Onus verbi domini super Israel. Sanctus
igitur Abacuc, qui vel ex eo quod amabil-
is domino est vocatur amplexatio vel quod in
certamen et luctam ut ita dicam am-
plexum cum deo congreditur, amplexa-
tis i. luctantis sortitur nomen. Nullu-

cur tam audaci voce ausus est dominum ad
disceptationem iustitie provocare et
dicere ei. Cur in rebus humanis et in mun-
di istius pompa tanta rerum versa-
tur iniquitas. Usquequo domine cla-
mabo et non exaudies. vociferabor ad
te vim patiens et non salvabis. Qua-
re ostendisti mihi iniquitatem et labo-
rem videre. lacerata est lex et non per-
venit usque ad finem rectum. motivum
quia impius prevalet adversus iustum.
Ideo egreditur iudicium perversum. Vi-
des quam temeraria vox sit et quo-
dammodo blasphemantis creatorem
suum ad iudicium provocare.
et vas fragile adversus figulum cuius
tale vel tale factum sit disputare pre-
sumpserit. Nec non et hic attendendum
quod assumptio vel pondus que gravia
esse constat prophetie visio est et adversum mon-
tani dogma prorsum intelligit quod
videt. vaticinans loquitur. nec in more
insanientium feminarum dat sine men-
te sonum. Unde et apostolus iubet ut si pro-
phetantibus aliis alii fuerit revelatum
taceant qui prius loquebantur. et statim
subiungit non enim est magister dissensionis deus sed
pacis. Ex qua re intelligitur. quando quis vo-
luntate reticescit et alii locum dat ad
loquendum. posse et loqui et tacere cum velit.
cum autem in extasi id est invitus loquitur. nec
tacere nec loqui in sua potestate habet. Hec
autem sciendum prophetam esse contra babilonem et
nabuchodonosor rege chaldeorum. ut quomodo prior propheta naum
quem abacuch sequitur vaticinium habuit
contra ninivem et assyrios. qui vasta-
verunt x tribus que vocabantur israel. ita
abacuch prophetiam habebat adversum
babilonem et nabuchodonosor a quibus iu-
das ierusalem templumque subversa sunt. In-
tuens itaque secundum litteram causatur adversum
dominum propheta. cur nabuchodonosor templum va-
stet. et iudeam cur ierusalem quondam urbs s
domini destruatur. quare clamet populus et non
audiatur. vociferabatur ad deum oppressus
a chaldeis et non salvetur. quare etiam
ipse propheta vel populus ex cuius persona nunc
loquitur ad hoc venerit. et huc usque per-
ductus sit. ut iniquitatem hostium et
suum videat laborem. cur iniustitia preva-
leat adversum se. Et hoc dicit pre metus
angustia. nesciens aurum in igne con-
flari. et tres pueros de camino purio-
res exisse quam intraverant. Sed et hic ge-
neraliter accipere possumus quod ex persona
humane impatientie loquatur. ut in
querulam vocem et plenam doloris
erumpat dicens. Quare respicis con-
temptores et taces conculcante impio
iustiorem se. Sed hic autem loquitur nesciens iu-
dicia dei investigabilia. et profundum
divitiarum sapientie et scientie eius. quod non ita
videt deus ut videt homo. Homo tamen pre-
sentia respicit deus futura et eterna cogno-
scit. et quoniam si egrotus et estuans
febribus aquam frigidam postulet et
dicat ad medicum vim patior et cru-
cior. exclamo usquequo medice clama-
bo et non exaudies. et respondeat ei sapientis-
simus et clementissimus medicus. Scio quo
tempore debeam dare quod postulas dare.
Non miserebor in quo medela ista crudeli-
tas est et voluntas tua contra te petit. ita
et deus noster sciens clementie sue pondera
atque mensuras. interdum non exaudit
clamantem ut eum probet. et magis pro-
vocet ad rogandum. et quasi igne excoctum
iustiorem et puriorem faciat. Quod intelli-

gens apls secdm id qd in ciliciam consecut'
est a dno ait. Sz n destituimur; & benedici
mus dnm i omi tempe & sur?. q plc
uerauit usq; in finem hic salu' erit.
& gfatur in labore & dolore & cu temu
a dicit. Tribulationem & miseriam i
uocabo. ut quom alius inuocat dnm.
sic scs uir & bellator inuictus ad exce
dum se & pbandum tribulone & mi
seriam inuenire desideret. Itē alius

Abacuch aūt prolog'

Abacuch amplexans ul' qd ex eo
qd amabil' dni fuit
uocatur amplexan
s. ul' qd in certam cum dno cgredit'
amplexantis .i. luctantis sortit'
uocabulum. Nullus eī tam audaci
uoce aus' e dm ad disceptatione
iustic puocare. Sumu in reb; huai
et mundi isti' pompa usat' iiqu
tas. hic i pncipio uoluminis sui de
scribit dyabolum cu membris suis.
I fine q pnunciat aduentu pas
sionem q dni saluatoris. Nam de
quo alio qm de xpi aduentu qui fu
tur' intellr dre & respondit d's. et
dixit m. Scribe uisu apte in buxo.
ut asseqtur qui legit eu. Quia ad
hunc uisio ad tps & orietur i fine & n
mentietur. Si tardauit sustine eu q
ueniens ueniet & n morabit'. De
passione aūt i cantico eius n dno d.
Dne audiui auditionem tuam & timui
. Dne cside am opa tua & expaui.
Quid eni hz en pegrine noue ac
repentine salutis hoim ieffabil'
admiratio. i medio duu agnosc.
Quid e n aut i medio duor testa
mtor. aut i medio duor latrnu
aut i medio moysi & helye. cum illo i
monte sermocinantiu. Dum appiquāt
anni cognosces. In aduentu tempis
ostendis. Qd aūt dx cornua i manib
eius. quid e nisi tropheum crucis.
Vocabulum saluatoris. hic ppha ge
ponit. Ego aūt in dno gaudebo & exul
tabo in d's ihu meo. Qd e nob amittu
& dulce nominare & oib; pdicare. C.
Comentarios uero sup osee iohel & amos
abdiam & ionam pamachio sr' nau
mich. soph. & agg. paule & eustochiu
sup abacuch cmato. sup malach cru
pio tolosane ecce pontifici & minu
tio & alexandro monachis sup za
chariam. exupio tolosane ecce epo.

Explicit plogus. Incip. Abacuch.

Onus qd
uidit a
bacuch
ppha. Us
queq dne
clamabo
& n exau
dies; uo
ciferabor ad te uim patiens et n
saluabis. Quare ostendisti m' i
quitatem & dolorem & laborem.
uidere pdam & iniustitiam cont me. Que
respicis contemptores & taces concul
cante impio iustiorem se. Et facies
hoies qsi pisces maris. & qsi reptilia
n hntia ducem. Et iudicium sine
& contradictio potentior. Ppt hoc lace
rata e lex & no puenit usq; ad fine
iudicium. q impius pualet adu
sus iustum. ppterea egredietur iudi
cium puersum. Aspicite i gentib; et
uidete & admiramini & obstupescite.